

## C A P V T X.

De periculis, quæ habenda ratio in Indicis Contractibus.

C Ircia hoc diuersæ occurtere difficultates posunt, ex quibus sit

## D I F F I C V L T A S I.

In mutuo ratione periculi an pacisci licet de aliquo premio possit.

Cap. Naviganti videri reprobatum luctum ob assecrationem à mutuantur. Vbi aliqua circa illud.

**G**regorius Nonus in Cap. Naviganti sic decernit: Naviganti, aut eunt ad nundinas, certam mutuans pecunie quantitatem, eò quod suscipit in se periculum, receptus aliquid ultra fortē, vñrarius est censendus. Sic ille: per quod videtur non habere locum posse contractum assecrationis, quo mutuans in se periculum pecuniae suscipit, quod ad mutuantarium pertinebat; eò quod per mutuum transferatur dominium; & ita si pecunia pereat, mutuantario perit. Licer autem videatur contractus iste ineptus, quia cum pecunia apud alium futura sit, eà pro libito vñrūm, & qui mutuat nequeat specialem aliquam diligenter adhibere, vt salu sors sit, & qui recipit eo ipso negligentior in cā custodiendā reddi possit: nihilominus contractus potest velis mutuanti, & frequenter contingere in casib⁹ à Pontifice indicatis; in nauigatione scilicet, & nundinis, quando mutuata pecunia maris aut itinerum periculis expōnenda est: tunc enim mutuans in se periculum suscipit, & ita si pecunia pereat, eius damno perit, non vt domini, quia dominus mutuantarius est, sed vt assecutoris, qui tamen primum assecrationis recipit, & hic quidem contractus apud nostrates est in vñl, & dicitur dare ad periculum nauis, dar à riesgo de Nao. & solet esse ad rationem duodecim pro centum. Et idem in Lusitaniam accidere erga nauigationem. Indicam testatur P. Molina Disput. 318. quod tamen fieri non posse tenet Glossa citati capit⁹, & alij nonnulli.

Ob dubiā fidem, mutuantari non posse aliquid exigere mutatorum sententia. & illius fundamētū.

**112** Potest autem periculum aliter accidere, quia scilicet mutuantarius non est persona, cui plenè confidi possit, vnde periculum est aut amittendi fortē, aut recuperandi cum molestia, aut expensis. Id autem non sufficere, vt aliquid accipi supra sortem possit, graues Scriptores censent, quos adducit P. Salas Tract. de vñrī, dub. 12. n. 2. Diana Parte 1. Tract. 8. Resolut. 37. Cardinalis Lugo Disput. 25. num. 79. nec sine solido fundamento: nam mutuantarius aut soluturus est, vt est obligatus, circa locum, & tempus, & sortis integritatem, aut non: si primum, solutione ipsa celat omne periculum, & ita non est pro quo debet compensationem; si autem non sine expensis, & damnis aliis subsecutis ex retardata solutione, ad illa certum est obligari, & ita pro periculo non est noua compensatio facienda. Molestia autem si tantum consistant in anxietate, & solicitudinis internæ tormento, preio estimabiles non sunt, cum sint actus interiores, qui in contractum

Pro molesta mutuanda posse recipi.

**115** Dico primò. Contractus mutui secundum priorem explicationem suscepit periculi est licitus. Sic plures, quos adducit P. Salas suprà Dub. 13. num. 1. quos & ille sequitur. P. Molina Disput. 318. Cardinalis Lugo suprà num. 77. P. Layman Lib. 3. Tract. 4. Cap. 16. numer. 13. in fine. P. Palau Disput. 4. de insititia, puncto 18. P. Bauni. Lib. 2. de Contractibus. Quest. 24. Bonacina Disput. 3. Quest. 3. Puncto 5. num. 1. Caramuel num. 759. & alij. Ratio est clara nam contractus

non veniunt; vnde qui soluit, sed post aliquam mutuantis molestiam, quia illi ante solutionem significavit se non soluturum statuto tempore, vt illuderet, sicut auris fieri solet, vel ex alio fine molestiam ingereret; non tenetur propterē ad aliquam restitutionem. Vbi non videtur satisfacere quod docti dicunt, molestias non esse obnoxias compensationi, quia non fuerunt in partem deducēt; si autem dederentur, esse pretio compensandas; nam actus interni non sunt in genere bonorum estimabilium pecunia, præfertim in ordine ad contractus: nihil enim tale in vñl est apud homines. Quod ex eo vñgere possumus: quia si quis ex mutuo accepto ingenitam latitiam concipiat, non potest mutuans pro illa compensationem pecuniarum exigere; non alia ratione, nisi quia actus interior est: ergo idem est de molestia dicendum. Præterquam quod si quid molestia illatum est, gaudio solutionis compensatur.

Gaudio solutionis compensari contra P. Dicastillo.

**113** Si dicas cum P. Dicastillo Lib. 2. de Insititia, Tract. 10. Disp. 2. num. 254. molestiam non compensari per redditionem rei, sed ex solutione rei mutuata iterum redire delectationem, quam si non mutuasset, mutuans, & eo ipso habuerit, quo caruit, & modò etiam haberet. Contra est: quia revera ex solutione speciales deletiones sunt. Prima: quia mutuans beneficit. Secunda: quia eo pacto bonum acquisiuit nomen. Tertia: quia amicum fecit de mammona iniquitatis. Quarta: quia pecuniam, aut rem aliam recuperavit; habet enim speciale aliquid recuperatio ad latitiam conciliandam; non enim tantum habet, quod habebat ante mutationem, sed à periculo liberatum: sicut speciale latitiam habet qui post lethalem morbum consecutus est sanitatem: & sic alia. Huiusmodi autem actus possunt esse durabiles, cum tamen molestia ob periculum solutione transierit. Habet ergo illa plenam compensationem.

Ratio alia ut non licet lucrat ob periculum.

**114** Item cum accedit aliquis mutuum petiturus, & non deprehendit talis, vt de solutione possit plenè esse securitas, repellere potest: cum ergo non repellatur, sed eius petitioni qui rogatur, annuat; manifestum videtur velle dare mutui, non obstante periculo; & ita voluntatem mutui respectum ad periculum habere. Atqui mutuum vt tale nequit lucrum respicere: ergo nec ratione periculi potest intendi. Si dicas duos esse contractus, unum mutui, & alium ob periculum. Id videtur iam dictis sufficienter impugnatū; quia semper respectus ad periculum habetur. Et præterea si præcessit contractus mutui, non potest contractus alius succedere ex quo mutuantarius grauerit, & mutuum reddatur contractus lucratius respetu mutuantis, qui tamen in mutuantarij commodum est prorsus institutus.

Afferia t. Lucre il- lud.

**115** Dico primò. Contractus mutui secundum priorem explicationem suscepit periculi est licitus. Sic plures, quos adducit P. Salas suprà Dub. 13. num. 1. quos & ille sequitur. P. Molina Disput. 318. Cardinalis Lugo suprà num. 77. P. Layman Lib. 3. Tract. 4. Cap. 16. numer. 13. in fine. P. Palau Disput. 4. de insititia, puncto 18. P. Bauni. Lib. 2. de Contractibus. Quest. 24. Bonacina Disput. 3. Quest. 3. Puncto 5. num. 1. Caramuel num. 759. & alij. Ratio est clara nam contractus

## De lucro in mutuo ob periculum.

tractus talis cum alio à mutuante diverso licitus est, quia est contractus assecrationis, ergo & cum ipso mutuante. Patet consequentia: quia nulla appetit ratio diversitatis. Si dicas primò mutuantem non posse obligare mutuantarium ad alium contractum, vt nuper arguebamus. Contra est: quia ex eo sequitur, quod vbi obligatio non est, poterit contractus dictus iniiri, vnde absoluē loquendo vñrarius non est, & ita hæc bene distinguit P. Molina, & iuxta talē distinctionem explicari conuenienter potest. **Cap. Naviganti:** vt scilicet tantum sibi velit Pontifex mutuantario non posse tale onus imponi: bene tamen si in illud omnino vñrone conueniatur. Aliæ autem explications videri apud citatos posunt.

Singularis illius explicationis ex qua sententia contraria elicetur.

**116** Est autem explicatio singularis, quam adhibet P. Layman ex Bernartio de utilitate legendæ historie: Lib. 2. sub initium; scilicet textum dicti capitis esse corruptum, & in clausula ultima illius deficere particulam negantem, per quam sensus omnino oppositus, & conformis assertione propositè redditur. Itaque vbi dicitur *Vñrarius est censendus*. Legendum est, *vñrarius non est censendus*. Qua & placet P. Palau, & in eam ait inclinare Fachinetum Lib. 2. Controvers. Cap. 48. Neque illa omnino voluntaria videtur, sed ex ipso modo loquendi deducitur, quatenus statim sic addit Pontifex. Ille quoque qui dat decem solidos, vt alio tempore toridem sibi grani, vini, vel olei mensuræ reddantur, quæ licet tuni plus valeant, vñrum plus, vel minus, solutionis tempore fuerint valitudo, verisimiliter dubitatur, non debet ex hoc vñrarius reputari. Sic ille: cū ergo sic statuat; si in priori casu vñrūm esse censeret, aliter fuerat locuturus, sic videlicet: *Ille autem qui dat & non; ille quoque*. Nam particula *Quoque similes casus iungit, non sic particula Autem, quæ aduersatiua est, sicut Tamen, verò &c.*

Impugnatū illa cū ipsius etiam fundamento.

**117** Sed certè fundamentum istud valde leue est, vbi communis Doctorum sensus, antiquissima exemplaria, Glossæ veteres, correcti post exactam diligentiam textus, aliter habere deprehenduntur. Neque ob rigidas Grammatical leges in singulare est sententia abundum, quando iuxta illas, si non cum exacta proprietate, cum sufficienti tamen potest sensus receptissimus retineri. Quod quidem in præsenti accidit: nam particula *Quoque, & similes, vt Etiam, itaque, nō semper iungit sententias quoad sensum eundem, sed index est aliquis similitudinis, saltē quia de aliquo genere agitur, in quo conueniunt, licet in aliis sit differentia*. Sic Genes. 4. v. 4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui. Vbi quidem ob similitudinem oblationis in genere posita est particula, *Quoque*, cū tamen in rigore aduersatiua esset collocanda, vt ex verbis textus colligitur; significatur enim Abelem aliter, ac Cainum obtulisse, de quo dicitur vers. 3. *Factum est autem post multis dies, ut offerret Cain de fructibus terra munera Domino*. Vbi notant Interpretes Cainum non electa, & meliora obtulisse, secus autem Abelem, & hoc voluisse Scripturam significare, dum obtulisse de primogenitis affirmavit. Dicendum ergo: *Abel autem obtulit de primogenitis*. Sed non ita positum, quia particula *Quoque*, satis mysterium declaravit. Videatur P. Corne-

lius ibi. Similiter Act. 13. v. 52. Discipuli quoque replebantr gaudio, & Spiritu Sancto. Vbi sensus aduersatiuum particulam requirebat; sic enim præcesserat v. 50. *Iudei autem concitauerunt mulieres religiosas, & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem in Paulum, & Barnabam, &c.* Tunc ergo discipuli gaudio replebantur, & Spiritu Sancto, & ita scribendum: *Discipuli tamen &c.* Sed una particula pro alia substituta. Et quidem sine antiquitatib⁹, & communis sensus offensione, quando de emendatione Textus licentia vñratur, sarcus fuisse loco particularē. *Quoque, aliam ex aduersatiuis ponendam affirmare, sic enim in sensu mutatio nulla, & Textus decisio inoffensè omnino procedit.*

Caramuel afferit quadam dicta, nec probata.

**118** Circa quod Caramuel num. 759. cū Textus emendationem propositam maximè probet, non nullā addit, quæ operè premium fuerit adnotasse. In primis enim Bernarium vocat Be- marium. Deinde ait iuxta P. Layman in Textu esse apertissimum mendum: quod tamen ille non dicit, sed probat circa hoc Bernartij suspicionem. Arguit vñterius Theologice, vt nequeat sententia Pontificis cum negatione consistere, hoc modo: si sine vñrū culpā potest fieri secundum illud, quod Pontifex definit, etiam & illud primum; est enim summa rationis paritas. Nam si hodie cū mensura venditur duobus solidis, possum sine vñrū labore dare mutuos decem solidos, recepturus decem mensuras; maxime, quia cū dubitem an solutionis tempore valitura sint duobus, an medio solidi, me expono periculo perdendi, & lucrandi; atque ille, qui nauigatur, recipit aliquid ultra fortē, se exponit timenter periculo perdendi & lucrandi: poterit enim vel illud primum lucrari, vel totum capitale perdere. Igmar si Pontifex hunc secundum abusum excusat, debet etiam excusare illum primum; vel si illum condemnet, etiam hunc: latet ergo mendum, debetque particula, *Non, tolli*, aut ponni vñrobique. Quod autem non debeat tolli in secundo, sed debere in primo prætermissem restituī; sic probat. Si nauigaturus declarante Adriano Pontifice ultra fortē recipere non posset, declararetur debere se exponere periculo perdendi, cum certitudine non lucrandi, ac proprieatē declararetur stultus. Quis enim gratis, & vñtrō vellet se talibus periculis exponere? vt igitur æquitas seruetur, seruetur æqualitas. Nemo tenetur periculum perdendi subire, sine spe lucrandi. Sic ille, arguens deinde ex Grammatica.

Contra illa in speciali agitur.

**119** Verū cum bona viri docti venia, aduertere oportuit ipsum nauigaturum non esse, qui recipit vñrū sortem, sed eum, qui nauigaturus tribuit. Item Pontificem declarantem contractum esse vñrarium, non esse Adrianum, sed Gregorium Nonum. Argumentum insuper probat quidem nihil, quia de secundo ad primum incongrue arguitur. In secundo enim est contractus emptionis, & venditionis anticipata solutione, in quo premium valoris rei secundum temporum contingentias adæquatatur, & directè celebratur in ordine ad utilitatem ementis, qui & lucrari, & perdere in illo potest; in primo autem est contractus mutui, qui ad commodum dantis non dirigitur & ex se gratuitus est. Neque est in eo periculum perdendi, & non lucrandi, quia non est contractus

contractus aliorum instar, qui ad lucrum ordinantur. Sed non ex eo sequitur tantum se ad perdendum expōnere mutuantem; quia moraliter non se exponit, et si enim quod mutuō datum est, pereat, Domino perit, mutuariario inquam, & tenetū integrē sustinere; licet autem periculum aliquod sit generaliter loquendo, id non est pretio compenſabile, quia ratio mutui ex se illud dicit, quod tamen gratis dandum ex Evangelio habemus *Luce 6. v. 35.* *Mutuum dare, nihil inde sperantes,* & habet praterē compensationem, ex eo quod apud dominum etiam poterat perclitari; & multoties accidit, ut apud mutuariarios res pericula exempta sit, quod apud dominum subiicit. Liberatur etiam custodiendi curā, quæ foler esse non exigua, & dilapidationis, quia compertum illud est, quod proverbio nostro circumfertur; *quantum ad manū, tantū ad damnum.* Concedo deinde benē argui ex secundo ad primum; sed, non ideō particula negationis tollenda est, quia cā constante, potest verissimus illius constare sensus; scilicet visuriam esse cēfundendū contractū, quando mutuariario onus soluendā affecutionis impotitur. Cumq̄ & hāc, & alię satis commodā expositiones à Doctribus adhibeantur, retentā negatione, omnino iniustè pro illius subtractione pugnat. Quæ quidem à me ideō dicta sunt, vt videant scriptores, qui alios carpunt, valde ſibi de exacta ſcribendi ratione curandū, quia pro mensura, quā alios mensi fuerint, illis proculdubio remittetur. Videantur à citato Autore aculeatū, & minus dignē tanta auctoritate dicta contra P. Dicastillū *num. 778.*

*Affirto 2. pro periculo recuperandi mutuum, posse premium exigi.*

120 Dico secundò Pro periculo recuperandi, quod datur, siue mutuō, siue aliter, potest primum aliquod accipi, antecedente circa illud paētione, ſic tenet plures, quos adducit, & ſequitur Bonacina *Puncto 5. citato.* Et praterē P. Palaus *suprā Puncto 17.* P. Bauny *suprā quest. 29. & 37.* Dubio 2. Cardinalis Lugo *Disput. 25. num. 81.* & seqq. P. Gaspar Hurtadus *Disput. 3. difficult.* 20. P. Becanus *Quæst. 5. de Vtura.* P. Onate *Disput. 107. num. 30.* & magis ex professo *Sect. 8.* P. Dicastillus *Disput. 2. citata, n. 224. & seqq.* Melderus *2.2. pag. 449. dub. 14.* P. Turrianus *in selectis Cent. 1. Dub. 84. & alibi.* Caramuel *num. 769.* Vbi mutuos congerit. Ratio est; quia periculum est pretio aſtimabile, vt conſtat ex contractū affecutionis communiter probato. Vnde si quis non vellet mutuō dare, niſi daretur ei ſecuritas, & alijs affecuator daretur, ſic faciens pro dato ſibi affecutionis pretio, nihil in eo contrahendi modo iniuftum miceretur. Ergo quemadmodum alter affecutionis pretium habet, ex quo mutuum ſupra obligationem ſortis ſoluendā, onus aliud ſoluendi affecutionem ſecum ferret, ita & mutuans quod alter erat habiturus exigere potest, eō quod affecutionem non petat, volens in ſe periculum amissionis ſustinere, nam mutuarius non plus grauatur, quā ex affecutione licet.

*Lucæ 6. v. 35.*

*Mutuanti sua etiam ſunt comoda, qui bus muſu ationis ge- nerale peri- culum cō- penſatur.*

*Affirto 2. pro periculo recuperandi mutuum, posse premium exigi.*

## DIFFICULTAS II.

121 **V**bi singularis occurrit queſtio: an si *An idē di- mutuarius affecutionem offerat cendum, ſi ab alio factam, poſſit mutuans eam non accepta- rius offeras rius offeras affec- rationem.*

*Affirto precedenti* respondendum, quia eſt onus mutuariario impositum, qui poteſt affecuatorē gratuitum forſitan ingenire. Sed uergeri potest in caſu, quo affecuator talis non ſit, ſed cui idem pro affecutione ſoluendum ſit, quod mutuans tamquā p̄mū exigit; tunc enim non videtur illi onus ſpeciale imponi. Nihilominus idem videtur dicendum, quia etiam eſt onus pretio aſtimabile, & ita inueni poſt hac ſcripta ſentire Caramuel, *n. 777. vers. vlt.* & certè cum iam mutuans de ſecuritate nō cureret, animus uirarius aperitur, dum plus ex mutuo habere deſiderat, & non titulo ſecuritatis, quā offertur, & ita ratione mutui palliat.

## DIFFICULTAS III.

122 **D**ixi de tali p̄mū paciendum, quod quando periculum in venditione accedit, facile eſt aucto pretio. Vbi & ſpecialis diffi- cultas occurrit, an emptor, qui ſicut ratione periculi ſibi p̄tium augeri, ſolutionem ſuo tempore praefans, poſſit augmentum illud pretij retinere. Nam cum ſit probabilis opinio, vt vidimus, quā affirmat accipi nō poſſe aliquid ob titulum dictū, conſequenter videtur dicendum non eſt obliga- tionem ad ſoluendum. Aliunde autem cum p̄tium rei ſit totum illud, & ſub ea ſit pretij deſignatione contractū, voluntāque contrahen- tium pro lege fuerit, non videtur de eo quidquam tolli sine iniuftitia poſſe. Nihilominus prius eſt probabile, dummodo de titulo aucti pretij conſtet, & de augmenti quantitate.

## DIFFICULTAS IV.

123 **I**n mutuo autem, quia ſolent petentes De eo, qui peronarum ſuarum dubiam pro ſolu- tionē fidem abſcondere, & tales ſe exhibere, qui- bus poſſit plenē confidi, inde oritur dubium, an debeant quando ſoluunt aliquid ſupra ſortem adiicere; quia reuerā ſi qui mutuantur, id non fe- ciſſer, niſi cum p̄mū periculi, & ita inuoluntari- ſus fuit, vnde videtur debere illi aliquid ſupra ſortem reddi, quo nequit contra ſuam priuari vol- uantem. Cīra quod P. Gaspar Hurtadus *suprā P. Gasparis Hurtadi ſententia.* ait etiam adiit periculum, plenē ſatisfacere mutuariario ſolutionem ſoli ſortis; efficere tamen iniuariam inchoatā, & quaſi in viā, ipſi mutuantur diētū ignorantis periculum, ſi non affecure ſolutionem ei faciendam abſque moleſtis & ex- penſis; cui utpōtē inchoatā, & non perfecta, non tenetur poſteā ſatisfacere; vt tamen ab ea iniuaria, & peccato excusat, tenetur ſolutionem quoad ſubtantiam, & quoad moleſtias, & ex- penſas affecurare, vel aliquid pro periculo tem- pore mutui conferre, vel poſteā ſoluendum in pa- cū deducere. In quā doctrinā verum quidem est

*ut admittenda illa.*

## De lucro in mutuo ob periculum.

est iniuariam non eſte perfectam, quoad ſortis a- missionem, & ita conſedi potest, ſolutione iniuariam huiusmodi compenſari, ſic enim mutuans nihil minū habet. At quoad lucrum ex periculo alia diuersa obligatio videtur, & ita iniuaria in ſuo ordine perfecta, quandoquidem illo priuatur mutuans contra ſuam voluntatem. Vnde ſi certò conſtaret ita eſſe, forſan alii uideretur, quod deberet compenſatio fieri. De peccato autem eius, qui ſe talem ſimulat, cui poſſit omnino fidei, dubitari nequit; quia rem alienam exponit periculum.

## De Moleſtia.

*Affirto 3. Pro moleſtia interna nihil poſſe exigi.*

124 **D**ico tertio. Pro moleſtia in recuperando debito, quā ſolum ad actus in- ternos reducitur, non videtur quidquam poſſe exigi: ſic qui de periculo negant, & ſpecialiter P. Dicastillus *suprā num. 250.* oppofitam ſententiam vocat improbabile ſpeculatiū, & morali- ter in praxi pernicioſam, cum tamē eidem ſub- ſcribat *num. 254.* vt illi obiicit Caramuel *num. 778. citato.* Probatur autem ex dictis *num. 112.* Altud ergo eſt periculum, aliud moleſtia, vnde non bene illud ad moleſtias reducitur, quarum eſt cauſa, & nihil eſt aliud, quādam dannum immi- nens amissionis rei, aut retardandæ poſſeſſionis: & non eſt annexum mutuo, ſed generale aliud, de quo *num. 119.* Ex quo patet ad obiectionem *num. eodem.* Fuit autem ſententia Ioan. de Medina *Quæſt. 32. de Refut. 5. In deſertur affeſtis, ſi graue & moleſtum aliiſi ſit pecunia carere, poſſe eo titulo aliquid exigere. Quam Trullench Lib. 7. Cap. 19. Dub. 12. non improbabilem reputat, & abſolutè amplectitū P. Dicastillus *suprā num. 257.* & etiam non ſtante moleſtia P. Leſſus in Mercatoribus. Verb. *Mutuum, num. 9. in Refol. p̄tūtum.* Sed P. Onate *Disput. 107. num. 149.* ait eſſe contra fidem generaliter de Medina ſententia locutus. Qui certè Autorem non videtur legiſle, vt ex citatione etiam apparet: vnde non eſt illius curanda censura.*

*Sententia Ioan. Me- dinae im- meritū cen- ſuratam.*

## Specialis argumenti enodatio.

*Ex non aſ- ſecutorato. p̄mū in mutuo ar- guitur, & fit aſſi- ſi per- culari do- drina.*

125 **E**ſt illud contra p̄cipuam Affirto- nē: nam ſi pro ſecuritate exigi ali- quid potest, vt decem pro centum, pro decem ſecuritate etiam poterit aliiquid peti, & pro eo aliud, & ſic in infinitum, & ita pro centum dabitur p̄mū infinitū, quod cum dici nequeat, faten- dum eſt pro periculo Capitalis nihil debere, ſicut nec pro periculo p̄mū debetur. Ad quod dico pro ſecuritate decem nihil deberi, quia illa ſufficiens p̄mū, etiā non plus ſecura, cenſeri debent. Hoc enim pendet ex hominū aſtimatione, & modo contrahendi. Vbi dicunt aliqui poſſe peti fideiſſorem pro decem. Sed quidem ſi pariter detur pro Capitali, eft implicatio in eo: dato enim fideiſſore ceſſat periculum: quia tamē ſi potest fideiſſor inueniri pro decem, non ita pro centum, ea reſponſio poterit ſuſtine- ri pro eo caſu. Licet etiam ſit difficultis, niſi ex decem aliiquid detrahatur, datā iam ſecuritate: mihi enim valent incerta quā ſecura. Argu-

mentum autem ſi quam vim habet, tantum eſt in eo caſu, in quo pro decem non fit maior ſecuri- tas quam pro centum: & ad id ſufficienter re- ſpondunt.

*Caramuel. rem hanc ſubtiliorem eſſe, quām Doctores de illa agentes existimant & num. 773. affirmat pro ſecuritate p̄mū, quando non eſt maior quam Capitalis, poſſe p̄mū exigi, & pro p̄mū p̄mū p̄mū aliud in infinitum. Addit au- tem num. 774. omnia illa p̄mū ſecundaria, licet infinita ſint ſynathegorematice, non peruenire ad octauam partem primarij, pro quo compu- tum arithmeticē ſubdit factā calculatione. Sed ad rem moralem labor iſte ſuperuacaneus appetet,*

*& duæ iſte Affirtoes in p̄fato Autore vi- dentur eſſe pugnantes inter ſe: Prima num. 773. Si Antonius pro p̄mū non det ſecuritatē ſuffi- ſientem, pro periculo p̄mū poterit adduc ſecundum p̄mū exigere, & pro periculo ſecundi tertium, & ſic in infinitum. Secunda num. 776. In p̄mū non da- tur infinitus protellus. Ratio eft; quia ultra minimā monerat non proceditur. Sic ille. Adde. Si p̄mū ſecundaria accendant, licet non perueniant ad o- ctauam partem primarij: ergo ſunt excessiva re- ſpectu illius. Patet; quia illud eſt decem pro centum: & ita proportione ſeruatā pars de- cima debebat eſſe p̄mū ſecundarium in tota p̄mū ſecundaria collectione: octaua ergo ex- cefſum eft.*

## CAPUT XI.

De damno emergente circa Indicos contractus.

127 **A**lius eft hic titulus, propter quem aliquid ſupra ſortem exigi poſſit, iuxta communisimam ſententiam, pro quā plures congerit Caramuel *suprā numer. 756.* & videri praterē poſſunt Bonacina *Disput. 3. quæſt. 3. Pan. 4. Trullench Lib. 7. Cap. 19. dub. 8.* Malderus *in 2.2. Pag. 444.* P. Turrianus *2.2. Tomo 2. Disput. 6.1. Dub. 3.* Pharaonius *Tractat. 2. Sess. 13. Caſu 1.* P. Molina *Disput. 314.* Cardinalis Lugo *Disput. 25. Sect. 6.* P. Gaspar Hurtadus *Dis- put. 3. de Contrahib. Difficult. 8.* P. Amicus *Disput. 20. de Inſtitūt. Sect. 7.* P. Fagundez *Lib. 5. de Inſtitūt. cap. 31.* P. Palaus *Disput. 4. de Commutatiua. Puncto 17.* P. Bauny *Lib. 2. Tractat. 6. Quæſt. 30. & seqq.* P. Fillius *Tractat. 34. num. 83.* P. Dicastillus *Lib. 2. Tractat. 10. Disput. 2. Dub. 7.* P. Onate *Disput. 107. Sect. 1.* P. Escobar de Mendoza *in Theologia moralis pag. 349.* alter *P. Busenbaum Lib. 3. Tractat. 5. Cap. 3. Dub. 7. num. 10.* vt alios omittam. Qui obſeruant, vix aliquo diſſentiente apud P. Molina, dannum tale non deberi, niſi fuerit deduc- tum in pactum, dummodo ſolutio fiat tempore designato; quia forte mutuarius eo cum onere non acceptaſſet. Si dicat forte accepturum, & ita pro eo dubio aliiquid deberi; quam difficultatem Autores non tangunt. Dicendum iſi non obſtarē, quia melior eft tunc conditio poſſidentis, & iuxta rationem, quam mutuum ex ſe dicit, iudicandum, dum mutuans nihil de obligationi- bus aliis adiicit, cum poſſet adiicere. Et commu-